



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

CLXXVI. Verschreibung des Klosters Diesdorf für vier Conventualinnen  
dieselbst über eine Rente aus Mudzingen, vom 18. Juni 1370.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

CLXXVI. Verschreibung des Klosters Diesdorf für vier Conventualinnen daselbst über eine Rente aus Mudzingen, vom 18. Juni 1370.

Cum non sit legi subiecta necessitas, Hinc est, Quod Nos Georgius, prepositus, Elyzabeth, priorissa, Totusque Conuentus Ecclesie Sancte Marie in insula Distorpae recognoscimus tenore presentium liquide protestantes, Quod ob innumera diffortunia fere omnia orbis terrarum spacia vehementer vrgentia, non restante nobis alia via persolucionis debitorum nostrorum nos excellenter pregrauantium, Exigente merito equitatis concordibus animi votis dimisimus presentibus et dimittimus dilectis nobis in christo nostris Conuentualibus walburgi, Mechtildi, bertradi et Mechtildi Sotmeesteres vnam marcarn denariorum per eandem omnes et singulas ad vite sue curricula singulis annis de villa Mudzinghe percepturam, Quibus defunctis eandem marcarn procuratrix officii caritatis nostri Cenobii perpetue singulis annis percipiet In prefatarum nostrarum sororum animarum remedium singulare, ipsa die Mathie apostoli consolationem nostro Conuentui exinde prefatura. Ceterum vnam marcarn Procuratrici officii caritatis ibidem perpetuis temporibus sustollendam, Inde nostro Conuentui dominica Quasimodogeniti In salutem anime Domine Koneghundis buremeesteres pie memorie refectionem caritativam benigne faciendo. Insuper eidem Procuratrici duas marcas ibidem singulis annis, vt prefertur, subleuandas, Cuilibet dominarum nostri Conuentus singulis annis perpetuis temporibus In refrigerium anime domine alheydis de lubeke, nostre confororis felicitis recordacionis et suorum Kracherem cereuisie et vnum cunum In vigilia beati laurencii ministrando. Residuum earundem duarum marcarum consolacioni In vigilia apostolorum Philippi et Jacobi faciende fideliter applicando, Item Domine Elyzabeth de Marenholt, priorisse, octo solidos ibidem ad vite sue terminum singulis annis recepturos. Post discessum vero eius eisdem perpetuo, vt premititur, prenarrata Procuratrix subleuabit vinum ablutoris calicis dominici pro congruencia Conuentualium eisdem In quatuor festis precipuis diligencius procurando, Et preterea duas marcas denariorum Ermegardi et Ghertrudi, sororibus, de luneborch, vite vtriusque temporibus per eandem ibidem subleuandas. Euoluto vero earum vite curriculo prefati officii procuratrix, que pro tempore fuerit, eandem singulis annis perpetuis temporibus libere subleuabit; deinde fomentum lampadis beate Marie virginis In nostro Monasterio pendentis perheniter comparando diuini solaminis remedio earundem animas consolari deuocius aptitando. Pro quorum omnium euidencia presentia nostrorum Sigillorum appensione tradimus communita. Anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> LXX<sup>o</sup>, feria tertia infra Octauam Corporis Jhesu Cristi.

CLXXVII. Das Kloster Diesdorf bekundet, daß die Bauern zu Mudzingen ihre Dienste abgelöst haben, am 21. September 1370.

We Georgius, Prouest, Elyzabeth, priorinne, vnde de ghemeyne Conuent des Clostres vser vrowen In deme werdere tho dystorp, bekennen openbare In disseme breue, dat we